

Vers. 52. — *DEM JUDICAMUR...* Solatur eos in temporalibus his pœnis à Deo indictis, asserens medicinales esse, et à Deo, tanquam patre, immittas, ad eorum spirituale bonum. Dùm corporaliter à Domino punimur, castigatione, tanquam filii erudimur à patre et à pedagogo; ut emendati, non damnemur in æternum cum infidelibus.

Vers. 53. — *FRATRES MEI...* Redit ad Agapes, à quibus ad communionem, que eorum erat pars postrema, deflexerat. Vide supra, v. 20; et totam rem hæc concludens, statuit quid in eis agendum sit, ad

ciam Dei morbis et morte puniti fuisset.

Vers. 52. — *Dum judicamur autem* (dùm scilicet punimur in presenti viâ per morbos et mortem), à Domino corripiamur, ut non cum hoc mundo, id est, infidelibus et peccatoribus mundi, damnemur, sed ut hæc Dei castigatione admoniti, per penitentiam peccatum hoc indignæ communionis expiemus, itaque salvemur.

Vers. 55. — *Itaque, fratres mei, etc.*, id est, ad celebrandam cenam dominicam, de qua supra.

Vers. 54. — *Si quis exurit domi, manducet.* Hinc deducitur moris tum fuisse, ut communicaturi toto eodie jejunarent usque ad cenam communem, ideò enim exurientes ad eam venisse ait Apostolus. Sensus est: Si quis non potest tam diu jejuniis in ecclesia

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

1° Notent prælati, quòd sicut Christus Dominus, summus altissimi Dei sacerdos, omnium prælatorum est exemplar; ita et ipsi prælati, hujus summi Sacerdotis vicarii, hujusque exemplaris imitatores, subditorum suorum sunt exemplaria, *forma facti gregis*. Videant itaque quomodò Christum Dominum, exemplar suum, imitentur; et an suis subditis cum Apostolo verè dicere possint: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*. Vide v. 1.

2° Notent omnes tria capita, ad que divus Paulus omnem reducit subjectionem; Deum, Christum, virum: Deus caput est Christi; Christus caput est viri; vir caput mulieris. Vide v. 5. Videat vir 1° quomodò Christo, capiti suo, subdatur; 2° quomodò præsit uxori sibi subdita: Videat autem mulier quomodò viro, principio, fini, et capiti suo subdatur. Hæc factus dicta vide v. 12.

3° Nota quòd à primis etiam Ecclesiæ temporibus,

#### CAPUT XII.

1. De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres. 2. Scitis quoniam cum gentes essetis ad simulacra muta prout decebamini euntes.

3. Ideò notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu; et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.

4. Divisiones verò gratiarum sunt: idem autem Spiritus;

5. Et divisiones ministracionum sunt: idem autem Dominus;

6. Et divisiones operationum sunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

supradictorum abusuam reformationem. Scilicet, ut eorum cœna verè dominica sit, et omnibus communis; prescribit ut se se invicem expectent: concedit tamen, ut si quis exurit, nec possit ad vesperam jejuniis expectare; domi suæ comedat, non in Ecclesiâ; ne quod ad salutem institutum est, fiat occasio damnationis, vel ob gulam, vel ob superbiam, et panem contempnum. Et hæc, inquit, nunc sufficiant, cœtera ad hæc pertinentia, cum ad vos venero, prescribam.

permanere, donec omnes convenierint; prius domi comedat, aut certè pragustet aliquid, ne sit ei molestum expectare communem cenam.

Ut non in judicium, puta in condemnationem, ob superbiam, gulam, ebrietatem, inobedientiam consuetis.

Cœtera autem, cum venero, disponam, id est, ordinaro, constituam, ac sigillatim prescribam. Quæta, nimirum que spectant ad dignam et honestam Eucharistie celebrationem. Est hic locus illustris pro traditionibus ecclesiasticis. Vide S. August. epist. 118: *Talis, ait, traditio est, ut Eucharistia sumatur à jejuniis, cum tamen Christus post cenam eam instituerit.*

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

res sanæ et sancte instituta; abeunt sapissimè in abusum, v. 17. Quare Deus id permittit? ibidem. Quid in tali casu faciendum? ibidem, v. 17.

4° Nota, v. 24, modum celebrandi et communicandi, ab ipso Christo Domino intentum et institutum, in sua scilicet passionis memoriam. Hanc praxim vide in fine v. 24.

5° Nota quomodò omnia realem Christi in Eucharistiâ præsentiam probent. Vide v. 25. Hincque collige quanta sit catholici in sua fide securitas, v. 25, in fine. Quantus est contra omni heterodoxo debeat esse tremor, ibidem. Vide observationem dogmaticam.

6° Nota, v. 27 et 29, quanta sit mala communiois enormitas. Unde oriatur hæc enormitas, juxta Apostolum. Apostoli verba realem Christi præsentiam in Eucharistiâ confirmannt. Quid faciendum ad vitandam hæc mala communiois enormitatem, v. 28.

#### CHAPITRE XII.

1. Pour ce qui est des dons spirituels, je ne veux pas que vous ignoriez, mes frères.

2. Vous vous souvenez bien que, lorsque vous étiez païens, vous vous laissiez entraîner, selon qu'on vous menait, vers les idoles muettes.

3. Je vous déclare donc que nul homme, parlant de l'esprit de Dieu, ne dit anathème à Jésus, et que nul ne peut confesser que Jésus est le Seigneur, si non par le Saint-Esprit.

4. Il y a à la vérité diversité de grâces, mais il n'y a qu'un même Esprit.

5. Il y a diversité de ministères, mais il n'y a qu'un même Seigneur.

6. Et il y a diversité d'opérations surnaturelles, mais il n'y a qu'un même Dieu qui opère tout en tous.

7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.

8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii autem, sermo scientiæ secundum eundem Spiritum.

9. Alteri fides in eodem Spiritu; alii, gratia sanitatum in uno Spiritu;

10. Alii, operatio virtutum; alii, discretio spirituum; alii, prophetia; alii, genera linguarum; alii, interpretatio sermonum.

11. Ilæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

12. Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt; ita et Christus.

13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judei, sive gentiles, sive servi, sive liberi; et omnes in uno Spiritu potati sumus;

14. Nam et corpus non est unum membrum, sed multa.

15. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore, num idèo non est de corpore?

16. Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore; num idèo non est de corpore?

17. Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus?

18. Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.

19. Quòd si essent omnia unum membrum, ubi corpus?

20. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.

21. Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo; aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarii.

22. Sed multò magis que videtur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt:

23. Et que putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circumdamus; et que inhonestiora sunt nostra, abundantiorum honestatem habent.

24. Honestas autem nostra nullius egent; sed Deus temperavit corpus, ei cui deerat, abundantiorum tribuendo honorem;

25. Ut non sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra.

26. Et si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.

27. Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro.

28. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ primum apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curacionum, opitaliones, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

7. Or ces dons du Saint-Esprit, qui se font connaître au dehors, sont données à chacun pour l'utilité de l'Eglise.

8. L'un reçoit du Saint-Esprit le don de parler dans une haute sagesse; un autre reçoit du même Esprit le don de parler avec science;

9. Un autre reçoit le don de la foi par le même Esprit; un autre reçoit du même Esprit la grâce de guérir les maladies;

10. Un autre, le don de faire des miracles; un autre, le don de prophétie; un autre, le don du discernement des esprits; un autre, le don de parler diverses langues; un autre, le don de l'interprétation des langues.

11. Or, c'est un seul et même Esprit qui opère toutes ces choses, distribuant à chacun ses dons, selon qu'il lui plaît.

12. Car, comme notre corps, n'étant qu'un, est composé de plusieurs membres, ils ne sont tous néanmoins qu'un même corps; il en est de même de Jésus-Christ.

13. Car nous avons tous été baptisés dans le même Esprit, pour n'être tous ensemble qu'un même corps, soit Juifs, soit gentils, soit esclaves ou libres; et nous avons tous reçu un divin breuvage, pour n'être tous qu'un même Esprit.

14. Car le corps n'est pas un seul membre, mais plusieurs.

15. Si le pied disait: Puisque je ne suis pas la main, je ne suis pas du corps; ne serait-il point pour cela du corps?

16. Et si l'oreille disait: Puisque je ne suis pas œil, je ne suis pas du corps; ne serait-elle pas pour cela du corps?

17. Si tout le corps était œil, où serait l'ouïe? et s'il était tout ouïe, où serait l'odorat?

18. Mais Dieu a mis dans le corps plusieurs membres, et il les y a placés chacun comme il lui a plu.

19. Car si tous les membres n'étaient qu'un seul membre, où serait le corps?

20. Il y a plusieurs membres, et tous ne font qu'un seul corps.

21. Or, l'œil ne peut pas dire à la main: Je n'ai pas besoin de votre secours, non plus que la tête ne peut pas dire aux pieds: Vous ne m'êtes point nécessaires.

22. Mais au contraire les membres du corps qui paraissent les plus faibles sont les plus nécessaires:

23. Nous honorons même davantage les parties du corps qui paraissent les moins honorables, et nous couvrons avec plus de soin et d'honnêteté celles qui sont les moins honnêtes.

24. Car pour celles qui sont honnêtes, elles n'en ont point besoin; mais Dieu a mis un tel ordre dans tout le corps, qu'un honneur davantage ce qui est moins honorable de soi-même;

25. Afin qu'il n'y ait point de division dans le corps, mais que tous les membres conspirent mutuellement à s'entraider les uns les autres;

26. Et que si l'un des membres souffre, tous les autres souffrent avec lui, ou si l'un des membres a quelque avantage, tous les autres s'en réjouissent avec lui.

27. Or vous êtes le corps de Jésus-Christ, et membres les uns des autres.

28. Car Dieu a établi dans son Eglise, premièrement des apôtres, secondement des prophètes, troisièmement des docteurs; ensuite ceux qui ont la vertu de faire des miracles, puis ceux qui ont la grâce de guérir les maladies, ceux qui ont le don d'assister les frères, ceux qui ont le don de gouverner, ceux qui ont le don de parler diverses langues, ceux qui ont le don de les interpréter:



29. Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetae? numquid omnes doctores?  
30. Numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curatum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?  
31. Annuntiamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstrat.

## ANALYSIS.

Per tria sequentia capita Corinthios instruit de Spiritu sancti donis: in hoc autem duodecimo capite de charismatibus, seu donis gratuitis agit, id est, gratis gratis datis. Ante omnia brevem et facilem datis regulam, quod dignoscant ea, seu quia Spiritus sancti dona discernant ab effectibus maligni spiritus. Hinc regula data, vers. 3, statim, v. 4, aggreditur spirituales Corinthiorum agnitivitates circa charismata et eorum usum sanare. Quia ergo apud Corinthios, in fide infirmos, charismata erant occasio superbiae, invidiae, dissidii, hinc in his Corinthiorum vitis sanandis, et contrariis virtutibus insinuandis totus est Apostolus in reliquo capite.

Hinc, v. 4, 5, 6, multoies repetit quod haec dona, licet varia, ab uno tamen fonte manant, quasi dicens: Cur dissiditis ob ea quae ab unitate profunt. Hinc, v. 7, asserit quod ad communem utilitatem dantur; quasi di-

29. En effet tous sont-ils apôtres? tous sont-ils prophètes? tous sont-ils docteurs.

30. Tous font-ils les miracles? tous ont-ils la grâce de guérir les maladies? tous parlent-ils plusieurs langues? tous ont-ils le don de les interpréter?

31. Outre ces dons, ayez plus d'empressement pour les meilleurs; mais je vais encore vous montrer une voie beaucoup plus excellente.

*cenis: Cur ergo ea habentes efferunt? ipsi enim, non propter ipsos dantur: cur non habentes, invident; cum propter ipsosmet aliis data sint? Hinc, v. 8, 9, 10, enumeratis omnibus charismatibus, et in novem genera distribuitis, statim, v. 11, addit quod et infra sepe repetit, quia necessarium ad haec Corinthiorum sananda vita: ab uno et eodem sunt Spiritu: cur ergo ob ea dissiditis? Haec Deus dat pro suo beneplacito; cur ergo aut efferimus, aut invidetis? Nonne suorum munera dominus et Deus? Hinc, v. 12, egregia Ecclesiae comparatio cum humano corpore: ut omni superbia, invidia, dissidio destructis; cunctis Ecclesiae Corinthiae fidelibus, velut ejusdem corporis membris, pacem, concordiam, mutuum amorem, et studium sibi invicem serviendi inspiret. Cetera specialius in commentario vide.*

## PARAPHRASIS.

4. Interim, fratres, nolo vos Spiritus sancti dona latere;

2. Scitis quod cum idololatrae essetis, tunc prout ducebamini, seu vestra curiositate, seu aliorum exemplo, seu ipsius diaboli suggestione acti, ad idola muta asidite et frequenter ibatis (thique à maligno spiritu afflatis videbatis).

5. Ideo quia vidistis, et ne hos confundatis cum afflatis à Spiritu sancto; sed ut facile discernatis sanetate afflatis; haec vobis trado regulam: Nemo per Spiritum Dei loquens, maledicet Jesu; et nemo potest cum debita cordis reverentia Jesum Dominum suum profiteri, nisi per Spiritum Dei.

4. Equidem donorum sunt differentiae: idem autem Spiritus sanctus, omnium donorum fons.

5. Et ministeriorum differentiae sunt: idem autem Dominus à quo dispensantur.

6. Et divinarum operationum differentiae sunt, seu diversae sunt facultates diversa miracula patrandi; idem verò Deus, Pater aeternus, fons Deitatis et potentiae, qui per suam intimam praesentiam et virtutem, haec omnia operatur in singulis illa patrandis: uni igitur Deo, omnium charismatum auctori, gratiae sunt agenda; ob ea Deus laudandus, adorandus; non est autem quod hinc quis sese efferat; nec est quod alius invidet: quia

7. Cuiusque datur tale aliquod donum, per quod manifestatur Spiritus sancti virtus; non ad suam ei gloriam datur, sed ad aliorum utilitatem.

8. Alii quidem à Deo Patre, per Spiritum sanctum ab eo procedentem, datur facultas altissima fidei mysteria, per altissima principia explicandi;

alii autem facultas res fidei explicandi per scientias humanas;

9. Alteri per eundem Spiritum datur fides, miraculorum mater; alii donum languores et morbos sanandi.

10. Alii potestas insigniora faciendi miracula; alii donum prophetandi, seu futura praedicando, seu Scripturarum alstrusa explicando; alii sagacitas discernendi afflatus hominum, à quo sint; alii donum variis loquendi linguis; alii donum linguas peregrinas interpretandi.

11. Haec autem omnia inoperatur unus et idem Spiritus sanctus, qui pro sua voluntate, singulis sua dona distribuit, ad commune totius Ecclesiae bonum. Hinc ergo non est quod quis efferatur, aut invidet, aut dissidat: sed operae pretium est, ut omnes, iuxta donum sibi datum, communi Ecclesiae hono allaborent.

12. Sicut enim corpus physicum, v. g. hominis, unum quidem est: membra tamen habet multa, singula suis locis et usibus destinata: sed ita ut haec omnia membra unum sint corpus; ita et mysticum Christi corpus, unum quidem est, multa tamen et diversa membra, singulos scilicet fideles, variis donis ditatos, habet: sed ita ut omnia illa membra, seu fideles omnes, unum sint tantummodò Christi corpus, una Ecclesia.

15. Dixi quod omnes fideles unum sint corpus; et enim nos omnes in Baptismo per unum et eundem Spiritum, in idem corpus compacti sumus, sive Iudei, sive ethnici, sive servi, sive liberi, et omnes eundem spiritum hausimus.

14. Dixi quod Ecclesiae corpus multa habet mem-

bra: etenim hoc de ratione corporis organici est; quòd mancum, et ad omnia inutile foret, si unum esset tantummodò membrum; et quòd necessario multa et varia sita et officio membra requirit: hinc in Ecclesia sunt superiora, media, inferiora membra; at omnia aequaliter Christi membra.

15. Si pes, pars inferior corporis, dixerit: Quia locum medium non habeo, sicut manus; non sum de corpore: an propterea de corpore non est? Minime: quia non situs membrum facit, sed unio cum corpore. Per pedem, intellige infimas Ecclesiae Corinthiae partes, seu fideles infimis locis et officiis deputatos; quos sub hac figurà arguit, quòd obmurmurabant; simul et solatur, asserens quòd aequaliter ac alii, sint de corpore Christi.

16. Et si auricula sortem suam deplorans, dicat: Non sum oculus, ideò à corpore sum extranea; an ideò non est pars corporis? Minime, propter rationem v. 15 dictam. Per aurem, intellige discipulos, dono sapientiae et scientiae privatos, sapientibus, doctis, et doctoribus invidentes: hos ergo arguit et solatur, sicut pedes, v. 15.

17. Si totum corpus ad oculum esset redactum, ubi id per quod audiendum? Si nihil nisi aures, ubi nares? Eosdem docet speciatim quòd necessaria sit membrorum varietas, quam docuit in genere v. 14.

18. Propterea Deus varia membra possit in corpore; quorum unicuique locum suum et munus, pro sua voluntate, non pro merito, dedit. Hoc et de mystico Christi corpore intellige, quòd Deus varietate membrorum instruxit, et unumquodque membrum suo loco et officio destinavit, ut illi placuit: eos ergo docet suo loco et dono contentos esse, et Dei voluntati submissos.

19. Quòd si nunc omnia membra in unum redigerentur, ubi corporis harmonia?

20. Non ita se res habet: sed per Dei voluntatem nunc multa quidem sunt membra, loco et officio diversa; sed ita tamen, ut omnia simul unum sint corpus. (Resumptio probatorum à v. 12.)

21. Non potest autem oculus, quia situ altior, et officio nobilior, prudenter et verè dicere manus, sita minis alta, et officio minus nobili: Operà tuà non indigeo. Neque caput, pars corporis suprema, pedibus, velut extremis, dicere: Non estis mihi necessarii. (Ite sub figurà oculi et capitis, pingit sublimiores, in sua sublimitate tumidos; quorum fastum deprimit, indicans quòd eis necessarii sunt illi, quos velut viles spernunt.)

22. Tantum adest ut ullum corporis membrum, tanquam inutile, despici possit; quin imò quae videntur imbecilliora, sunt magis ad vitam necessaria, quam peraeque robustiora.

25. Hinc ea quae vulgò putantur minus honesta, majori et uberiori ornatu circumdanda extrinsecus: et ea quae prudenda vocantur, majori curà tegimus. Sic infirmi, vilibus deputati; talentis, ut videtur, destitu-

S. S. XXIV.

ti; imò et aliquà infamia notati, sed humiles, contriti, sanctificati per poenitentiam, contenti non debent: sed cum charitate foveri, ornari, et conservari; quia sepè Deo chariores, et Ecclesiae utiliores, suis scilicet precibus.

24. Quae autem in nobis sunt per se decora et honesta, nullis eis ascitiliis ornamentis: sed Deus haec temperatà corporis nostri membra moderatos est; ut eis, quibus decus decrat, majorem ornatum tribueremus.

25. Idque, ut inter omnia corporis membra, nullum sit dissidium: sed ut omnia pari sollicitudine sese vicissim teneantur et adjuvent.

26. Et ut tanta sit inter illa omnia dilectio et concordia, ut si quid patitur unum, compatiatur cetera; et si quando unum honore afficitur, cetera congaudeant. Ita sit inter vos, ejusdem corporis membra; non sit dissidium, sed mutua dilectio, mutuum auxilium.

27. Vos omnes estis corpus Christi, et singuli vestrum estis ejusdem corporis membra: at conexa, ab invicem dependentia; et ideò mutuis vos invicem officiis adjuvare debetis.

28. Et sicut in corpore naturali Deus pro sua voluntate varia membra posuit, eaque variis usibus destinavit; ita et in mystico Christi corpore voluit varia esse membra, et varia charismata. Ac primo quidem loco collocavit apostolos, Christi legatos; secundo prophetas, qui futura praevident, et occulta delegunt; tertio doctores, qui doctrinam evangelicam exponunt populo; quarto, qui virtute divinà praediti, mirabilia perpetrant; quinto, qui donum habent agrotos divinitus sanandi; sexto, qui afflictis, auctoritate, consilio, operà subveniunt; septimo, qui temporalium rerum regimini praesunt; octavo, qui variis loquuntur linguis; denique, qui ea interpretantur.

29. Numquid omnes apostoli? etc. Numquid omnes? etc.

50. Numquid omnes virtutes? etc. Minime, quia sicut si totum corpus oculus, v. 17, et sicut si omnia membra in unum redigerentur, ubi corpus? v. 19. Ita si omnia Ecclesiae membra et charismata ad unum redigerentur, ubi mystici corporis Christi harmonia? Necessaria est membrorum, et donorum diversitas: haec diversitatem Deo pro suo arbitrato constituit; unumquodque sit suo loco et officio contentus; unumquodque pro suo dono commune bonum promoveat, juxta Dei beneplacitum.

51. Inter haec autem charismata, zelate, et à Deo expetite, non majora, et ex vulgi judicio pluris aestimata, sed potiora, et utiliora vobis et Ecclesiae. Sed et praeter haec à me hucusque enumerata, superest via quaedam excellentior, et quam vobis nunquam monstrabo: haec est charitas Dei, et proximi, propter Deum: quae omnibus charismatibus supra modum praecellit, ad Deum ducit, et in caelum erehit, et sine qua nihil prosunt cetera.

(Dis-nouf.)



VERS. 1. — DE SPIRITUALIBUS AUTEM... Hujus capituli cum precedente connexio hæc est: Caput præcedens finit Apostolus, dicens: Cætera ad Agapes, et sanctissimam Eucharistiam spectantia, præsens præscribam; hoc autem incipit, dicens:

DE SPIRITUALIBUS AUTEM... id est, interim dum ad vos veniro, nolo vos de Spiritu sancti donis ignorare. Tunc in Baptismo, per Spiritum sanctum baptizatis, communiter dabatur charismata spiritualia, seu dona gratuita linguarum, prophetiæ, operationum, etc., de quibus infra: et quia circa hæc dona, eorumque usum multipliciter peccabant Corinthii, ut v. 4 dicitur; idcirco sine moro illos vult de his instrui.

VERS. 2. — SCITIS QUOMAM CUM GENTES ESSETIS... Hic locus, propter suam breviteratem, est obscurus: breviter autem nobis videtur et obscurus; quia nescimus quod tunc fiebat, et quod notum erat Corinthiis, quibus scribebat Apostolus. Ad ejus ergo loci intelligentiam, nobis necessario supplendum aliquid. Equidem multi volunt hic Apostolum indicare gratiæ necessitatem, tum in malo vitando, tum in bono faciendõ: sed quia hic de donis gratuitis agitur, ut ex sequentibus patet, non verò de gratiâ sanctificante, hinc probabilior, et apostolice textui conformior mihi videtur eorum conjectura, qui putant Apostolum, ante omnia, velle fidelibus Corinthiis dare notam faciliem, quâ Spiritus sancti dona discernant ab effectibus maligni spiritus. Ita divus Chrysostomus. Ut hujus notæ necessitatem intelligas, et textum clarius percipias;

Notanda ad intelligentiam.

Adverte quod plerique Corinthiorum ethnici, et idolorum cultores aliquando fuerant; tuncque futurorum curiosi, sæpe sæpius ad vates ierant, qui idolis aderant. Viderant ergo tunc sæpiissime Pythones et Pythonissas. Imò cum ad eos scriberet divus Paulus, Corinthii erant multi Satanae spiritu afflati, qui futura prædicabant, variisque loquebantur linguis. Poterant autem hujusmodi divinatores, et prestigiatores fidelium exitibus interesse, et eos perturbare. Hinc D. Apostolus Corinthios volens de spiritualibus instruere, ante omnia necessarium judicat, brevem et facilem eis notam dare, quâ afflatos à Spiritu sancto discernant ab afflatis à maligno spiritu. Nunc ad textum.

Scitis quod cum idololatras essetis, tunc PROUT DECEREBAMINI, scilicet seu vestrâ curiositate, seu aliorum

VERS. 1. — De spiritualibus autem, etc.; id est, de charismatis quibus ditati esis, ut initio Epistolæ dixi, volo vos instruere. Vocat ea spiritualia ab auctore Spiritu sancto.

VERS. 2. — Scitis quomam cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout (quædam mancipia) dicebamini (à consuetudine, institutione majorum, et sacrificiorum, atque à demonis impulsu) eantes, id est, ibatis.

VERS. 5. — Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. In Spiritu, id est, per Spiritum. Sensus est: Quod cum ita sit, improprie scire vos volo, quod nullus per Spiritum Dei loquens Jesum vocat anathema, id est, Jesum exsecratur. Jesu maledicere, interitum ei et exterminacionem imprecatur: sed potius talis Jesum agnoscit et invocat, quasi, auctorem gratiæ, salutis, omniumque donorum spiri-

exemplo et pravâ consuetudine, seu ipsius diaboli suggestione acti.

AD SIMULACRA MUTA, de quibus scriptum est: Os habent, et non loquuntur.

EUNTES, supple eratis, id est, assidue et frequenter ibatis.

Vidistis ergo tunc, sicut et nunc videtis sæpe Pythones et Pythonissas, futura multa predicantes, variis linguis loquentes, prestigias nonnullas operantes.

VERS. 5. — IDEO. Scilicet quia vidistis, et quotidie videtis: ne confundatis eos cum afflatis à Spiritu sancto, sed ut breviter et facile discernatis verè et sanctè afflatis:

NOTUM VOBIS FACIO, quod nemo per Spiritum Dei loquens, seu à sancto Spiritu afflatus, DICIT ANATHEMA JESU, id est, maledicere Jesu, blasphemari in Jesum. Anathema dicitur res execrabilis et exterminanda: igitur anathema dicere, est rem execrari, maledicere, et exterminandam pronuntiare. Et quod NEMO POTEST Dominum Jesum cum debità veneratione, et cordis affectu DICERE, summeque Dominum profiteri, nisi per Spiritum Dei. Facilis itaque, et brevis nota, ad discernendum à quo spiritu quis afflatus sit, hæc est: ipsum interrogate de Jesu. Si promptè, et constanter confitetur Jesum Christum esse Filium Dei, Redemptorem hominum, et consequenter Dominum, cui parere debent omnes; hic à Spiritu sancto est. Si verò dicit anathema Jesu, Græcè, *anathema Jesum*, id est, anathematizandum; si nomen ejus execratur, et blasphemari in ipsum; hic à spiritu maligno est. Ad hæc regula, à divo Paulo hic tradita, conformis est illi, quam dabit S. Joan., Epist. 1, c. 4, v. 2: *In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, etc.* Jesus Christus, Filius Dei, Mediator Dei et hominum, omniumque Dominus, totus est religionis fundamentum, et quidem unicum: *Nec enim aliud est nomen sub celo datum, etc., fundamentum aliud nemo potest ponere.* Hujus Epist. c. 5, 12. Hinc fundamentum qui adhaeret fidei, spe, charitate, Deo adhaeret, Deo placet, à Spiritu sancto est. Huic qui non adhaeret, qui non subest, qui non parat, ut Domino, Deo non adhaeret, Dei non est, Spiritum Dei non habet. Itaque cum D. Thomâ credulo tandem et fideli, dicamus frequenter: *Domini*. Hoc à Paulo dicitur propter Judæos, qui de Spiritu Dei gloriantes, Jesu tamen maledicebant: atque cum non solum Christum negabant, sed etiam dicebant anathema. Ita Cajetanus.

Et nemo potest dicere: *Dominus Jesus*, nisi in Spiritu sancto. Dicere *Dominum Jesum*, id est, agnoscere, credere, invocare et predicare nomen Domini Jesu, ejusque idem profiteri, scilicet Jesum esse Dominum nostrum. Proferri, inquam, et invocare ut oportet, et uti prolicum est ad salutem. Hoc facere nemo potest, nisi in Spiritu sancto, id est, nisi per Spiritum sanctum. Fides enim, spes et oratio sunt dona Spiritus sancti; quasi dicat: *Hæc dona ad eum non vestra, sed Spiritus sancti, et non Jesum agnoscere et invocare est vobismetipsis possitis: sed agnoscit hæc et invocatio sit Spiritus S. donum.*

nus meus et Deus meus. Corde, non manu, Christo uniti, amemus, adoremus eum, ut Dominum et Deum nostrum: *Dominus meus et Deus meus.*

VERS. 4. — DIVISIONES VERO GRATIARUM... Datâ brevi et facili regulâ ad discernenda Spiritus sancti charismata; jam quasi medicus accedit ad sanandas spirituales Corinthiorum agnitudines, circa hæc spiritualia dona, eorumque usum.

Nota ad intelligentiam.

Itaque nota quod apud Corinthios, adhuc imperfectos, et in fide infirmos, charismata erant occasio superbiæ, invidiæ, dissidii. Qui enim majora dona perciperant, adversus alios efferebantur. Qui nulla aut minora tantum habebant, adversus eos qui majora perciperant, ardebant invidiâ.

Hincque ob Spiritus sancti dona dissidebant plerique Corinthiorum. Et in his eorum vitis sanandis, contrariis que eis virtutibus insinuandis, totus est Apostolus in hoc capite, id est, totus in retundendâ priorum superbiâ; totus in extinguendâ aliorum invidiâ; totus in inspirandâ omnibus Ecclesiæ Corinthiæ fidelibus, velut ejusdem corporis membris, pace, concordia, mutuo amore, et studio sibi invicem inserviendi. Quod sedulo notandum, et præ oculis assidue habendum, ad perfectam textus intelligentiam. Ecce quod spectat ad Apostoli mentem, nunc ad verba.

DIVISIONES GRATIARUM. Græcè, *discrimina charismatum*, seu donorum gratuitorum, id est, equidem donorum sunt differentia; diversis diversa dantur; hoc uni, illud alteri, etc.

IDEM AUTEM SPIRITUS, scilicet Spiritus sanctus, qui omnium illorum donorum fons est; quasi diceret: Multitudine quidem et varietate differunt, non auctore, qui unus et idem est Spiritus sanctus. Ne sit ergo inter vos divisio ob ea, quæ ab unitate manant, et quæ à Spiritu sancto, pacis auctore procedunt. Præterea gratiæ sunt, id est, dona gratuita, nemini debita; ut quid ergo ea alter alteri invidet! Cur ob ea quis angatur animo? Ab omnibus gratiæ sunt habende; nemini dolendum, ex D. Chrysostomo.

VERS. 5. — ET DIVISIONES MINISTRATIONUM... Græcè, *discrimina ministeriorum*, id est, varia quidem in Ecclesiâ distributa sunt ministeria, v. g. apostolatus, episcopatus, presbyteratus, diaconatus, etc.

IDEM AUTEM DOMINUS, scilicet Jesus Christus, Ecclesiæ: caput, princeps et Dominus, sub quo omnes illi varii ministri militant et Deo serviunt: et à quo hæc omnia ministeria conferuntur. Differentia igitur in

VERS. 4. — Divisiones vero gratiarum sunt. Gratiæ divise sunt per Ecclesiâ, hæc uni, illa alteri datur et dividitur. *Idem autem Spiritus*, id est, idemque Spiritus sanctus est, qui ea omnia largitur: eujus et dona vocantur.

VERS. 5. — Et divisiones ministeriorum sunt. Græcè, *ministeriorum*. Ministeria quoque, inquit, variè distributa sunt per Ecclesiâ.

*Idem autem Dominus*, scilicet Jesus Christus, à quo ut Deo, et per quem ut hominem illa omnia conferuntur.

VERS. 6. — Et divisiones operationum sunt. Operaciones item, hoc est, operandi facultates, et impetus

ministerio, non in Domino. Porrò attende ad verba *ministrationem*, seu *ministerium*, libesset et sudorem indicant: quid ergo doles, si alterum jure plus laborare, tibi parens? ait D. Chrysostomus.

VERS. 6. — ET DIVISIONES OPERATIONUM. Græcè, *εργασματα*, efficacia, operationes. Syr., *et divisiones virtutum*; id est, diverse sunt facultates operandi diversa miraculorum genera.

IDEM VERO DEUS, Pater æternus, fons delictatis, et omnipotentis, qui per suam intimam præsentiam, virtutem et efficaciam, hæc omnia supernaturalia operatur in singulis illa patrantibus. Non est ergo quod quis ob ea sese effret, quia aliena virtutis est id quod operatur; et alieni muneris est id quod habet. Non est etiam quod quis aliis invidet; quia habentibus datur ad communem utilitatem. Sed est quod omnes uni Deo, omnium donorum auctori, gratias agant; ob ea Deum laudent, amet, adorent. Sed est præterea quod unusquisque suo dono contentus, juxta sibi datum, et Dei beneficium, communi Ecclesiæ bono ministret, laboret, insudet.

VERS. 7. — UNICUIQUE AUTEM... id est, cuiusque autem datur tale aliquod donum, per quod manifestatur sancti Spiritus virtus et presentia; non ad suam ei vanam gloriam datur, sed AD UTILITATEM, Græcè, *εἰς τὴν ὑποψίαν*, ad id quod expedit, ait D. Hieronymus. Ad id quod confert, Erasmus; id est, datur ut conferat, aut exerceat aliquod fideli populo utile, v. g., ut per hoc convertat infideles ad fidem, vel ut fideles confirmet in fide: itaque ad utilitatem datur.

Nota litterales.

Nota in superioribus versibus totam sanctissimam Trinitatem insinuatam; v. 4, Spiritum sanctum; v. 5, Jesum Christum; v. 6, Patrem æternum. Quod si primo loco Spiritus sanctus nominatus est, et ultimo Pater æternus, hoc indicat inter divinas personas dignitatis ordinem non esse, sed perfectam æqualitatem. Nota et quod spiritualia dona unicuique persone sub diversâ ratione attribuntur. Spiritui sancto, qui bonitas et amor est, tribuntur ut gratiæ, seu ut gratuita, quæ ex gratiâ Dei bonitate manant. Jesu Christo, Filio Dei, Ecclesiæ Domino, quam suo sanguine acquisivit et illi gloriosum exhibuit; attribuntur ut ministeria; tum quia ipse est, ut Domini, ministeria distribuere: tum quia ipsi, et sub ipso ministrat omnis ecclesiasticus ordo. Patri omnipotentis, totiusque potentis fontis, attribuntur ut operationes, seu efficacia, quia ab ipso omnis virtus et operatio.

multifariam per Ecclesiâ distributa sunt.

*Idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Pro operatur, S. Hilarius, lib. 8 de Trinitate, legit *inoperatur*. Significat intimam præsentiam, vim, et efficaciam, quia Deus intimè omnia operatur, maxime miracula, et dona gratuita: de his enim agit toto capite Paulus.

VERS. 7. — Unicuique autem datur, etc. Hieronymus legit, *ad id quod utile est.* Hieronymus, *ad id quod expediat*; sensus est: Cuiusque datur aliquod hujusmodi donorum, per quod manifestatur eum accepisse Spiritum sanctum. Datur, inquam, ad utilitatem, non propriam, sed totius Ecclesiæ.



## Observatio moralis.

Hinc itaque discat omnis Ecclesie minister, quomodo semetipsum in suo ministerio debeat intueri. Omnipotentis Dei instrumentum est, in operanda animarum salute. Jesu Christi, Ecclesie principis et Domini minister est, in perficienda hominum redemptione. Spiritus sancti, gratiarum fontis, canalis est, per quem charitas diffunditur in fidelium cordibus. Igitur ut instrumentum omnipotentiae divinae, penitus ei subjaceat; et omnia juxta Dei beneplacitum, inspirationem et motum operetur. Ut minister fidei minister animarum, cum zelo laboret, vigilet, insudet in salvandis hominibus sibi commissis. Ut gratiarum Spiritus sancti canalus, effundat votis, verbis, exemplis; nihil sit in illo non sanctum, nihil non sanctificans.

VERS. 8. — ALII QUIDEM DATUR... Enumerata omnia illa Spiritus sancti dona, quibus vetus Ecclesia nobilitabatur, et in novem genera distribuit. Alii quidem à Deo Patre, PER SPIRITUM SANCTUM, ab eo procedentem, datur facultas explicandi altissima fidei mysteria, idque per altissima principia, v. g., sanctissimam Trinitatem, incarnationem, etc., eo modo, quo ipse Paulus sapientiam loquebatur inter perfectos. Vide dicta hujus Epistolae, cap. 2, v. 7.

ALII SERMO SCIENTIAE, id est, facultas explicandi res fidei, per scientias humanas, seu per ratiocinationem, exempla et comparationes. Sicut faciunt nunc theologo.

SECUNDEM, id est, per eundem Spiritum.

VERS. 9. — ALTERI FIDES. Non dogmatum, sed miraculorum; id est, excellens in Deum fiducia, ad quod est eo impetrandum. Fiduciae robur, quae juxta homini promissum, montes etiam transferat, ait Erasmus. Haec fides, miraculorum mater, nascitur

VERS. 8. — Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, facultas scilicet explicandi sapientiam, id est, altissima mysteria Trinitatis, incarnationis, praedestinationis, ut explicat cap. 13.

Alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, ut scilicet explicet quae ad agenda, moresque pertinent. Ita sapientiam à scientia distinguit S. Augustinus. Alii scientiam intelligunt, quae res fidei per exempla, comparationes, rationes humanas et philosophicas explicantur.

VERS. 9. — Alteri fides in eodem Spiritu. Fides hic est intelligentia magna mysteriorum fidei ad ea contemplandum et explicandum. Sic enim ad Rom. 12, dicit prophetas habere prophetiam, et debere prophettare, hoc est, docere secundum rationem fidei. Id est, juxta mensuram intelligentiae rerum fidei sibi à Deo datam.

Alii gratia sanctorum in uno Spiritu, per unum et eundem Spiritum sanctum. Clarissima sanctorum vocat Apostolus, dona curandi languores et aegritudines corporales: sive id fiat impositione manuum, quae est oratio super hominem, S. Augustino teste, lib. 3, de Baptismo, cap. 16. Ita promittit Dominus, Marc. 16: Super aegros manus imponet, et bene habebunt.

VERS. 10. — Alii operatio virtutum, quia sunt excitare mortuos, demones ejicere, punire incredulos et impios per miraculum, uti S. Petrus Ananiam et Saphiram miraculose morti punivit, Act. 5. Ita Chrysostomus et Ambrosius. Et sic distinguitur operatio virtutum à gratia sanctorum.

quidem ex fide theologica, illamque includit; sed praeterea constantem dicit in Deum fiduciam, quod confidit homo Deum hoc facturum, ut colligi potest ex Marc. 9, 27; Luc. 17, 5.

IN EODEM SPIRITU, id est, per eundem Spiritum, ait Syrus. ALII GRATIA SANCTORUM. Graec., *donationum*, id est, donum languores et morbos sanandi per eundem Spiritum.

VERS. 10. — ALII OPERATIO VIRTUTUM, id est, potestas illustriora et celebriora faciendi miracula, v. g., mortuos suscitandi: quin et vivos miraculose morte puniendi, ut Act. 5, v. 5. Talia miracula specialiter dicuntur virtutes, *donationes*, quia divina virtus et omnipotentia in illis maxime elucet.

ALII PROPHECIA, id est, donum tum futura praedictandi, tum abstrusa Scripturarum explanandi.

ALII DISCRETIO SPIRITUM, id est, sagacitas discernendi afflatus hominum; à quo sint? an à Deo? an non?

ALII GENERA LINGUARUM, id est, donum variis linguis loquendi.

ALII INTERPRETATIO SERMONUM. Graec., *linguarum*, donum linguas peregrinas interpretandi, seu donum interpretandi quae aliis linguis peregrinis locuti sunt. Non enim quisvis linguam tenet, idem arcuam sensum sermonis tenet, ait Erasmus. Hinc duo dona sunt loquendi et interpretandi linguas. Vide Estium qui citat Cajetanum.

VERS. 11. — HEC AUTEM OMNIA OPERATUR... id est, per vim in nobis occultantem efficit unus et idem Spiritus, qui pro suo arbitratu et beneplacito, singulis sua dona distribuit.

## Nota litteralis et moralis.

Saepe repetit Apostolus et quod haec varia dona ab uno et eodem sunt Spiritu; et quod ea Deus pro sua

Alii prophetia, id est, donum futura praedictandi, vel Scripturas praesertim propheticas, explicandi. Quod utrumque generali nomine revelationis arcanorum, comprehendendi potest.

Alii discretio spirituum, cogitationum scilicet et intentionum cordis, et consequenter actionum et sermonum; ut sciat an à natura, an à demonis, an à Dei vel angeli spiritu et instinctu proficiatur. Ita Chrysostomus, Ambrosius, Anselm. Tale donum habuit S. Hilarius, teste S. Hieronymo, in ejus vita.

Alii genera linguarum, id est, donum loquendi variis linguis. Quod quidem in Ecclesia primitiva fuit admodum frequens, ut in Actis apostolorum manifestum est.

Alii interpretatio sermonum, obscuriorum, maxime sacrae Scripturae. Hinc olim in Ecclesia interpretes erant, quorum officium erat interpretari primo, eis qui in caetera Ecclesiae ex dono linguarum peregrina prophetabant, vel hymnos canebant; secundo, illos qui obscura et alta mysteria afflatus Spiritus sancto erubant; tertio, Epistolae sancti Pauli et aliorum ad plebem suam missas publice exponere; quarto, eas vertere in alias linguas. Sic multi censent S. Clementem E., istolam ad Hebraeos, ex Hebraeo in Graecum vertisse.

VERS. 11. — Hec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus. Solum nominat Spiritum sanctum, qui in divinis amor est: cui proinde bonitas, et ex ea fluens distributio donorum Dei congruenter appropriatur.

voluntate confert; quia haec veritates necessariae ad sanandas Corinthiorum supradictas aegritudines, id est, ad eorum retinendam superbiam et extinguendam invidiam, et omne dissidium componendum. Quoties ergo dicit, quod ab uno Spiritu procedunt; toties eis exprobat. Quare ergo dividimini ob ea, quae ab uno profunt Spiritu, et quidem pacis auctore? Quoties dicit quod ea Deus gratuito et pro sua bona voluntate confert, toties exprobat suerbo: quare ergo ob alienum et merè gratuitum minus infiraris? Quoties repetit quod inaequalis haec donorum distributio à Dei beneplacito pendet, qui sua singulis ad communem Ecclesiae utilitatem confert; toties exprobat invidio: Quare ergo in tibi displices? Quare de Dei beneplacito conquereris? Tu quis es, qui Dei tui beneplacitum aegre feras? Aliunde cur aliis invides quod eis propter te datum est? Nihil est ergo, aut quod hic quisquam sibi placeat; aut displiceat; aut ab aliis dissideat; sed est, quod omnes, sua sorte contenti, Deoque grati, juxta sibi datum, communi Ecclesiae utilitati laborent.

VERS. 12. — SICUT ENIM CORPUS UNUM EST... Pulcherrima comparatione sensibiliter ostendit, quod nec majoribus ditati numeribus offerri debeant; nec qui minor tantum habent sibi displicere, et aliis invidere, atque ab eis dissidere; sed quod omnes pacifice vivere, sibi invicem inservire, et mutuum auxilium praestare; quia scilicet omnes ejusdem corporis membra et unum corpus.

SICUT ENIM CORPUS PHYSICUM, v. g., hominis, UNUM QUIDEM EST CORPUS, MEMBRA TAMEN HABET MULTA, singula suis locis et suis usibus destinata; sed ita ut haec membrorum multitudo, unum sit tantummodo corpus.

ITA ET CHRISTUS, seu christianismus; unum est mysticum corpus, multa quidem et diversa habens membra, numerum singulos fideles, suis variis ditatos et officiis destinatos; sed omnia illa mystica membra simul sumpta, id est, omnes simul fideles, unum sunt tantummodo mysticum Christi corpus, una Ecclesia. Debet ergo non offerri, non invidere, non dissidere; sed uniri, sed mutuo diligere, mutuo

Dividens singulis, id est, dividens unienique privatum, peculiariter, proprie; vel potius propria, scilicet cuique, dona et charismata. Ita S. Hieron., *prout vult*, scilicet ipse Spiritus. *Prout vult*, id est, pro sua ipsius voluntate, quam cum Patre Filioque communem habet, ut divina dona dispenset ac distribuat in homines.

VERS. 12. — Sicut enim corpus, naturale et animale, puta hominis, unum est, etc.; unum scilicet corpus habet, puta Ecclesiam, cuius varia sunt membra, et ipse est caput. Caput et corpus dicitur Christus, propter ineffabilem unitatem capitis et membrorum. Hujus ergo totius corporis caput Christus est: membra omnes fideles, una cum Christo capite, corpus hoc mysticum constituentem.

VERS. 13. — Etenim in uno Spiritu, per unum eundemque Spiritum sanctum, omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Docet Apostolus, quando et quomodo fideles facti sunt unum corpus: videlicet in Baptismo, pro quem insiti sunt Christo, et facti membra corporis illius, in quo Christus est caput. In unum corpus,

compati, sibi invicem inservire.

VERS. 13. — ET ENIM IN UNO SPIRITU... Duo jam dixit de Ecclesia; mystico Christi corpore: scilicet quod unum sit corpus et quod multa et varia habeat membra: haec duo nunc successivè probat in sequentibus versibus. At primo quidem ostendit hic quod sit unum corpus, simul et explicat quomodo et quomodo facta sit unum corpus, nempe in Baptismo. Etenim nos omnes fideles, sive Judaei, sive ethnici, sive servi, sive liberi, Baptismo insiti sumus et incorporati in Christo; factique sumus unum Christi corpus; idque per unum et eundem Spiritum, qui nobis tunc infusus est.

ET OMNES IN UNO SPIRITU POTATI SUMUS: Graec., *in unum Spiritum*, etc. Syr., *et nos omnes unum Spiritum hausimus*. Ambrosius, unum Spiritum potavimus. Quod dupliciter intelligi potest; vel de spiritali potatione Spiritus sancti; quo sumus omnes in fidei et irrigationis in Baptismo; vel de haustu gratiae Spiritus sancti, seu de haustu Spiritus sancti, per potationem calicis eucharistici. Utrumque Christi sensum affert et approbat D. Chrysostomus.

OMNES UNO SPIRITU POTATI SUMUS, id est, inquit Chrysostomus, venimus ad eandem mysteriorum initiationem, eadem mensâ fruimus.

IN UNUM CORPUS BAPTIZATI SUMUS, et unam largitus est mensam: et unam dedit irrigationem. Idem sanctus Chrysostomus: Sed cur non dixit eodem corpore nutrimur, et eundem bibimus sanguinem? Quia cum dixit de Spiritu, utrumque significavit et sanguinem et carnem; per utrumque enim uno Spiritu potamur. Idem sanctus Pater. Juxta hanc interpretationem, quae maxime naturalis videtur, de eucharistico potu hic agitur, sicut prius de Baptismo actum est; sanguis est, quod nos omnes unum et eundem Christi Spiritum potavimus: scilicet, cum ex calice eucharistico sanguinem ejus bibimus. Itaque non tantum in unum Christi corpus nati et incorporati sumus per Baptismum; sed etiam eadem escâ, puta carne et sanguine Christi, alimur omnes in Eucharistia. Idem corpus sumus, eodem Christi Spiritu vivimus, eadem alimur

scilicet Christi mysticum, quod est Ecclesia, ac consequenter in ipsum Christum, qui, ut jam dixit, est quasi corpus totius Ecclesiae. *Baptizati*, ut id est, Baptismo incorporati sumus.

*Sine Judaei, sive gentiles, sive servi, sive liberi*. Servos anteposuit liberis, ut innoteret in Christo nihil inter hos esse discriminalis: secundum id quod ait de his qui sunt in Christo Jesu, Gal. 3: Non est servus, neque liber.

Et omnes in uno Spiritu potati sumus, scilicet in calice Eucharistico unum Christi Spiritum cum sanguine hausimus. Unde Graecè quodam habent: *Omnes uno potu potati sumus*, ut scilicet unum eundemque ex eo Christi Spiritum participemus, qui per omnia permeans singula membra vivificat, et suis functionibus reddit idonea. Q. d.: Non tantum nati sumus, et quasi membra inserti in idem corpus jam dictum; sed et eodem alimento utimur, scilicet carne et sanguine Christi in Eucharistia. Nam ex una specie Eucharistica, scilicet vini, alteram panis, id est, ex potu rubrum intelligit; uti è contrario ex panis specie vini speciem



escē, sanctissimā Eucharistiā; unum ergo sumus omnes: sumus tamen et multa.

**VERS. 14.** — NAM ET CORPUS NON EST UNUM MEMBRUM... Ad percipiendam incēptam Ecclesie cum corpore humano comparationem, restat probandum quōd Ecclesie corpus, sicut et corpus humanum, multa et varia habet membra. At quia hoc per se clarum et evidens est, nec eget probatione; aliū assurgit Apostolus, affirmans generaliter hoc de ratione corporis esse.

NAM CORPUS ORGANICUM, NON EST UNUM tantummodo membrum; manum enim et ad omnia inutile foret: sed necessariō multa et varia requirit membra, distincta et differentia loco et munere, alia superiora, alia inferiora; ita tamen ut omnia sint æqualiter corporis membra, æqualiter de corpore, et æqualiter omnia simul unum et idem corpus. Hoc generaliter affirmans Apostolus, affirmat et speciatim quod prolandum habet de Ecclesia, scilicet, quōd necessariō Ecclesie corpus habet multa et varia et diversa membra, situ et officio differentia: superiora, media, inferiora; ita tamen ut omnia sint æqualiter corporis Christi membra, de Christi corpore, et omnia simul unum Christi corpus. Ecclesia ergo, christianismus, sicut et corpus naturale, unum est et multa. Hoc posito, recordare nunc scopi apostolici; scilicet, spirituales Corinthiorum agritudines circa charismata sanare; aliorum superbia retundere; aliorum invidiam extinguere; omnibus concordiam, mutuum amorem, et studium sibi invicem inserendi inspirare, ut jam dictum est vers. 4. Jam verò artem mirare, quā hæc omnia perficit.

**VERS. 15.** — SI DIXERIT PES: QUONIAM... Aggreditur primō inferiorum Ecclesie Corinthiæ membrorum sanationem. Fideles qui nulla dona receperant, aut qui minoribus tantum erant donati, suā sorte non contenti, obmurmurabant, et conquirebantur quasi essent à corpore extranei. Ut hos Apostolus arguat et simul instruat, atque soletur, per prosopopæam inducit inferiores et minus præcipuos corporis partes, suā sorte non contentas, sed murmurantes, et sese conquerentes, quōd aliæ ipsis sint majores et præstantiores:

SI PES, pars corporis inferior; Si pes, inquam, totius corporis onere gravatus, dixerit: Quia locum medium non habeo, sicut manus; idē non sum de corpore. An propterea de corpore non est? Minime: quia non situs, nec officium faciunt membrum corporis, sed unio cum corpore, et informatio ab eadem animā. Sub hæc figurā Paulus infimas Ecclesie Corinthiæ partes, id est, fideles inferioribus locis et ministeriis intelligit, cap. 10, v. 17; ita Chrysost., et pulchre Cajetan., hic.

**VERS. 14, 15.** — Nam et corpus non est unum membrum... Nam idē non est de corpore? q. d.: Minime. Insuper Apostolus istiusmodi querelas fuisse inter Corinthios, propter donorum et ministeriorum disparitatem.

**VERS. 16.** — Et si dixerit auris, etc.: Per aurem et oculum quæ sunt sensuum instrumenta, possunt intelligi, qui in Ecclesia vacant actionibus vite contem-

placitatis alloquitur. Arguit eos, quōd animadvertentes alios superioribus locis et officis deputatos, obmurmurabant; et suorum ministeriorum pertasi, conquirebantur, quōd essent quasi à Christi corpore extranei. Hos autem sic arguit, ut doceat et soletur, affirmans quōd non minus sint de Christi corpore, quam qui superioribus locis et officis suis destinati: quia locus et munus non faciunt Christi membrum, sed unio cum Christo.

**VERS. 16.** — ET SI DIXERIT AURIS... Hunc versum eodem modo ac superiorem explicat; per aurem intellige audientes, discipulos, intelligentiā et scientiā privatos, obmurmurantes quōd docē, sapientes, doctoresque non sint. Itaque omnes hic figurā, quos dicitur: Obmurmuratis vos, qui nulla, aut qui minora tantum dona receperitis; aliosque suspicientes, et ipsis invidentes, deiecitimini, et vos quasi à Christi corpore alienos reputatis. Sed bono estote animo, etenim nec situs, nec munus, sed unio cum Christo, facit membrum Christi. Itaque hanc unitatem servantes, fide, spe, charitate, non curate de loco et de officio; sed vestrā sorte contenti, Deique voluntati submissi, vestro fungimini munere.

**VERS. 17.** — SI TOTUM CORPUS OCLUS... Eosdem pergit instruere et solari; ipsis speciatim dicens, quōd non possint omnes superiores et nobiliores partes esse, sed necessarium sit ad corporis utilitatem et decorum, ut aliæ sint.

SI TOTUM CORPUS ad oculum redactum esset; ubi id per quod audiendum? Si nihil nisi aures, ubi nares? Idem intellige de mystico Christi corpore; si omnes essent doctores, ubi discipuli? Si omnes docentes, ubi audientes? Hoc foret incongruum.

**VERS. 18.** — NUNC AUTEM POSUIT DEUS... Ut doceat eos suo loco et officio contentos, communi Ecclesie bono pro suis viribus laborare; recurrit ad Dei voluntatem, jam sæpē allegatam. Sicut Deus pro suā voluntate varia membra posuit in humano corpore; sicque collocavit ea omnia, et ad suum proprium destinavit officium; ut si locum aut munus mutaveris, corpus universum perderis. Ita et de mystico Christi corpore; Deus illud varietate membrorum et diversitate donorum instruxit; unumquodque membrum suo loco et muneri destinavit. Itaque ne examines cur sic, et cur non sic; sufficiat tibi scire quōd Deus ita voluit. Dei voluntatem adora; penetrare ne tentaveris. Dominus est: illi ergo subjicere; divina voluntas sit tuæ voluntatis regula; illi totaliter submissus, tuæ sorte contentus, labora pro tuo modulo. Pes sit suo loco et munere contentus, quia sic voluit Deus, omnium placitave. Quo in genere doctores sunt ut oculi, discipuli ut aures: quemadmodum explicat Thomas, etc.

**VERS. 17.** — Si totum corpus oculus, etc., id est, si totum auris, ubi nares? Sic igitur et in corpore mystico, etc.

**VERS. 18.** — Nunc autem posuit Deus membra, etc. Atverò Deus humanum corpus sic instituit, ut esset compositum ex variis membris situ et officio distinctis.

Creator et Dominus. Sic autem voluit, quia est condicibile. Proderit tibi inferiorem fuisse et ob id Deum laudabis in æternum.

**VERS. 19.** — QUOD SI ESSENT OMNIA UNUM MEMBRUM... Repeti quod jam pluries dixit, scilicet in mystico Christi corpore, sicut et in corpore naturali, necessarium esse membrorum diversitatem: hoc dixit v. 14, v. 17. Sed hic novo modo et sensibiliore, suppositione factā. Quōd si nunc per Dei omnipotentiam, omnia corporis membra in unum redigerentur; ubi foret corpus? Ad quid utile? non esset corpus organicum, sed mancum et inutile. Idem intellige de mystico Christi corpore. Incongruum foret sanē maximum, si omnia charismata ad unum redigerentur, sive darentur omnibus omnia, sive uni tantum darentur omnia.

**VERS. 20.** — NUNC AUTEM MULTA... Nunc autem per Dei voluntatem non ita se res habet; sed Ecclesia, sicut et corpus naturale, habet multa quidem membra, sed sic multa, ut omnia simul sint unum corpus, et omnia sigillatim sint unius et ejusdem corporis membra, et æqualiter membra, sive superiora sint, sive media, sive inferiora. Hic itaque versus est quasi resumptio propositionis v. 12 factæ, et hucusque per partes probatæ. Unde concludendum restat, quōd pariter refert quo in loco aut officio quis sit constitutus; sed maxime refert ut unusquisque, Dei voluntatem adimplens, suo munere, juxta Dei donum fungatur. Multa sunt unum et unum multa: ubi est ergo differentia? Ubi est quod exuperat, et ubi est quod est minus? D. Chrysostomus.

**VERS. 21.** — NUN POTEST OCLUS... Castigatis, instructis et solato sublevatis Ecclesie Corinthiæ minoribus, suo iis qui minoribus donis erant affecti, nunc sermonem dirigit ad eos, qui majoribus charismatibus acceptis, intumescabant et vanitate tumidi, adversus inferiores insolēbant. Ut autem horum fastum et arrogantiam deprimat, ostendit quōd hi, quos ut viles spernam, sint et ipsismet majoribus et toti Ecclesie maxime necessari.

NUN POTEST prudenter et verè OCLUS, quia situ altior et officio nobilior, DICERE MANU, quia loco minis alto et officio nobili: OPERA TUA NON INDIGO. Etenim manus, multa et quidem necessaria oculo præstat obsequia, quæ sibi ipsi oculus non potest exhibere, v. g., tœnetur cum ne lædatur; hesum curat et sanat. Sub hæc oculi figurā doctores et contemplativos, seu sapientie et scientiæ donis ditatos alloquitur, eosque monet, quōd licet officio sint activis sublimiores; horum tamen indigent operā; sicut Maria sedens

**VERS. 19.** — Quod si essent, etc. Intelligit corpus organicum.

**VERS. 20.** — Nunc autem multa, etc.; sic igitur et in Ecclesia.

**VERS. 21, 22.** — Non potest autem oculus dicere manui... Sed multo magis quia videtur membra corporis inferiora esse, etc. Per membra inferiora accipiunt ventrem et ventre contenta. Venter enim quasi culina et nutrit totius corporis, quæ singulis membris cibum concoquit et disperit, maxime necessarius est vitæ et corpori.

et audiens verbum Domini, indigebat ministerio Marthe, ait D. Thomas.

AUT ITERUM CAPUT superiori loco collocatum, NON POTEST DICERE PEDIBUS, in infimo positus: NON EST MIHI NECESSARI. Etenim sine pedibus, caput de loco non posset dimovere; sine motu autem pleraque sua consilia non posset peragere. Sub capitis figurā prelatos alloquitur Apostolus, eo quæ monet, quōd inferiorum suorum operā sic indigent, ut sine illis non possint pleraque sua opera adimplere; ita ut ipsimet forent inutiles. Omnibus ergo sublimioribus, per caput et oculos figuratis, et in suā sublimitate tumens dicit: Dignitatem spectatis, ad necessitatem non attenditis. Attendite itaque quōd à seipsis pendant et mutuis auxiliis egeant omnia unius corporis membra. Etiam viliissimum membrum operā, imò etiam ornatum, tam caput quam totum corpus indiget; pede enim uno claudicante, claudicat pleritudo Ecclesie: superfluum unum abrasum totam faciem miro modo deformat; D. Chrysostomus. Ferrum potest quod non potest aurum, ait Ambrosius.

**VERS. 22.** — SED MULTO MAGIS QUÆ VIDENTUR... Quasi non sufficiat dixisse, quōd inferiores sint ipsis superioribus necessari; addit et quōd toti corpori Ecclesie sint maxime necessari; et idē non contentendi, sed cum charitate fovendi.

QUÆ VIDENTUR INFERIORA, imbecilliora, utpote nulla firmitate prædita, v. g., cerebrum, intestina, sunt multo magis ad vitam necessaria, quam pleraque robustiora. Sine ossibus malis conservatur vitæ; sine cerebro, aut intestinis conservari non potest.

**VERS. 25.** — ET QUÆ PUTAMUS IGNIBILIORA... Ad quam necessitatem attendentes, ignobiliora, Græcè, magis inhonorata, seu honoris vacua, v. g., pedes, et quæ sub ventre, quæ inserviunt egestioni, honore uberiori, id est, ornata majori extrinsecus circumdamus. Honor, hic, vestitus, ornatus.

ET QUÆ INHONESTA... Indecora: quæ vocamus pudenda, genitalia. His plus decoris adjungimus, seu illa majori curâ tegimus. Rectè dixit, quæ videtur, quæ putamus... Nihil enim in nobis est ignobile et inhonestum: quia opus est Dei. His verbis et similitudinibus docet Apostolus non modò minores, infirmos, senes, pauperes, omnibus, ut videtur, donis et talentis destitutos; sed etiam aliquā notā infames, verum penitentes, contritos, humiles; hos, inquam, omnes contemni non debere, sed foveri, conquiri, ornari; quia sæpē Deo gratiores et idē Ecclesie, suis precibus et meritis sunt maxime necessari.

**VERS. 25.** — Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circumdamus. Membra ignobiliora sunt pedes, ait Chrysost.; his honorem abundantiorum circumdamus, id est, diligentius eos custodimus, vestimus, caleamus elegantibus crepidis, calcis, vel crecis eos ornamus et communiemus, ne in saxa impingant, ne incedendo lædantur, ne nimio frigore vel humore aliquid intemperiam noxiam, quæ in stomachum et caput redundet, contrahant.

Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent. Inhonestæ intelligit venalia. Ita S. Chry-



## Observatio moralis.

Quæ videntur infirmiora... Quæ putamus ignobiliora... Homo videt ea que parent, Deus autem cor intuetur. Hinc tam sæpe falsum et fallax iudicium hominis. Hinc quantum colum distat à terrâ; tantum cogitationes Dei differunt à nostris. Deus sæpe pluris facit, quos contemnimus et spernunt quos magis facimus. Nullum itaque spernans: omnes Dei iudicio relinquamus: interim per charitatem et humilitatem fovemus, curamus, adjuvamus, honoremus, ornemus eos maxime, qui despecti et derelicti videntur. Quam sæpe, qui viles et contemptibiles apparent hominibus, Deo sunt pretiosissimi! Quam sæpe quos ut infames aspiciunt homines, quia quâdam aliquando maculâ notati, sed nunc sanctificati, humiles et contriti, Deo sunt plerique gratiores, et toti Ecclesie, suis meritis et precibus utiliores! Qui minora dona Spiritus sancti acceperunt visibilia; eis plerumque Deus maximam largitus est invisibilem gratiam, ad Gagnatus.

VERS. 24. — HONESTA AUTEM NOSTRA... facies, oculi, manus non egent acitibus ornamentis, quia per se decora. Hoc addit, ne quis majorum ledatur ob dicta superius.

SED DEUS, rerum omnium auctor, TEMPERAVIT. Græcè, *contemperavit*. Italicè dicemus, *ha bilanciato et contrapesato*, ait Menochius: nos autem gallicè, *il a contrebalançé*, id est, hæc temperatâ moderatus est corpus nostrum, seu corporis nostri membra, ut eis, quibus à naturâ deus deerat, majorem tribueremus ornatum. Dicitur autem Deus hoc fecisse, scilicet per instinctum, quem nobis dedit, membra, que minus videntur dignitatis habere, et quorum officium vilius est, diligentius tegendi, et majori ornatu honorandi, ut quibus à naturâ deerat, daretur ab arte.

VERS. 25. — UT NON SIT SCHISMA... Idque ut inter omnia corporis membra, non sit dissidium; sed è contra, mutua concordia, sollicitudo, dilectio, ad auxilium sibi mutuo prestandum. Omnia in unum conspirent, in commune consulant.

sast, Ambros. et Thoph. Vocantur, ait S. Augustin., lib. 2, retract. 7, verenda *inhonesta*, non ex nature primâ institutione, sed quia post peccatum in eis maxime regnat concupiscentia, que legi mentis repugnat, ideoque homini pudencia est: pudet enim hominem quasi dominum, quod membrum hoc ita sibi sentiat rebelle. Hæc abundantiorum honorem habent, id est, hæc diligentius et honestius tegimus atque vestimus, ut etiam si quis toto corpore nudus sit, hæc tamen membra nudari non patiatur, ait Theophrastus.

VERS. 24. — *Honesta autem nostra*, puta oculi, facies, manus, que sunt membra honestiora et nobiliora corporis, nullius egent, quia per se satis decoris et honoris habent.

Sed Deus temperavit corpus, ei cui deerat, abundantiorum honorem, majorem scilicet custodiam, curam, tribuendo, ornatum.

VERS. 25. — *Ut non sit schisma in corpore*, etc.; sic igitur et in corpore mystico fieri oportet.

VERS. 26. — *Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*. Compatiuntur (ut sic membrum patiens dolore levetur) non per communionem cladis, sed per solatium charitatis, ait S. August., epist. 155. Compatiuntur autem beati nostris malis, non doloris affectu, sed amoris: quatenus ex chari-

VERS. 26. — *Et si quid patitur unum membrum*... Revera quando unum patitur, compatiuntur cætera, et quando unum honore afficitur, cætera letantur. Hanc eandem concordiam, unionem, affectum, sibi inveniendi studium omnibus insinuat, et superioribus et inferioribus. Omnes ergo in his versibus aliquitur, ut patet ex sequentibus. Trîa autem exigit, ut ait D. Chrysostomus; scilicet non abscondi, sed exactè esse unitos: alterum alterius similiter curam gerere: existimare communia ea que accidunt.

VERS. 27. — *Vos autem estis corpus Christi*... Ne quis ignoret ad quid hæc superiora dixerit, explicat expressè et comparisonem applicat.

Vos omnes estis corpus Christi mysticum, et singuli vestrum membra estis.

MEMBRA DE MEMBRO, *in plures*, id est, commembres, compartes ejusdem corporis, membra connexa et ab invicem dependentia, et ideò mutuis inter vos officiis adjuvandi. Græcè, hodiernus habet, membra ex parte, *in plures*, id est, pars membrorum. Sicut enim vos, ô Corinthii, non estis soli corpus Christi; sic nec omnia Christi membra estis. Sunt enim et alii fideles membra Christi. Syr., *membra in loco vestro*. Juxta hanc lectionem quam sequitur D. Chrysostomus, sensus est: Singuli vestrum estis membra particularia Christi suo loco et officio destinata, juxta diversa dona vobis à Deo collata.

VERS. 28. — *Et quosdam quidem posuit Deus*. Sicut v. 18 dixit de corpore naturali: *Nunc autem posuit Deus membra*,... sic et de mystico Christi corpore, seu Ecclesiâ, dicit: *Et quosdam quidem posuit Deus*,... ut indicet, quod à Dei voluntate nata sit diversitas locorum et donorum; et ideò unusquisque Dei voluntati submissus, suo loco et officio sit contentus.

PRIMUM APOSTOLOS. Hæc est prima dignitas Ecclesie: post Christum sunt Ecclesie fundamenta: Ecclesiarum principes: fidei satores, capita fidelium et doctores, patres primarii: religionis fundatores.

SECUNDO PROPHETAS. Sunt quasi oculi, qui occulta tate student à nobis, ut communibus membris, eis longè infra se positus, avertere et profligare mala que patiuntur.

Sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Gloriatur, gloria afficitur; Græcè, *glorificatur*. Syrus, *exultat unum membrum, congaudent omnia membra*. Cyprianus, epist. 12 et 52, ita legit: *Etsi letatur unum membrum, collatantur et cætera membra*.

VERS. 27. — *Vos autem estis corpus Christi, etc.* Vas (id est, Ecclesia in qua vobis omnia que de corpore naturali dixi, per similitudinem intelligi et compleri) estis membra de membris, id est, membra membrorum, hoc est, commembra, compartes. Q. d.: Estis contrafetes ejusdem societatis et corporis mystici, scilicet Ecclesie. Ita Chrysostomus. Singuli alteri alterius membra, id est, membra invicem connexa et dependentia. Quasi dicit Paulus: Estis, ô Corinthii, membra ejusdem corporis Christi, puta Ecclesie: ergo non sint schismata inter vos, unus alium non spernat, non invidet, non dolet, sed juvet, amet, gaudeat: quisque suo loco, gradu, officio sit contentus: quia sic particeps erit non tantum sui boni, sed et aliorum: sicut pes ambulat per oculo, etc.

VERS. 28. — *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ utrimque apostolos*, ut caput; *secundo prophetas*,

detegunt et futura prævident.

TERTIO DOCTORES, qui quasi lingua, doctrinam ab apostolis acceptam, exponunt populo.

DEINDE VIRTUTES, seu miraculorum patratores, sunt quasi manus.

EXINDE GRATIAS CURATIONUM, id est, qui donum habent morbos sanandi.

OPITULATIONES. Qui fratribus suis in infirmitate, aut necessitate opitulantur, non miraculosè eos sanando, sed operâ, verbis, elemosynis: sunt ergo qui opera misericordie corporalia et spiritualia exercent.

GBERNATIONES, id est, administratores rerum temporalium, que à fidelibus offerantur pro pauperibus. Alii intelligunt rectores animarum, seu directores.

GENERA LINGUARUM, id est, peritos variorum idioma-tum, seu donum variis linguis loquendi. Notat D. Chrysostomus, quod ubique dono linguarum, quod pluris faciabant Corinthii, D. Paulus ultimum locum dedit.

INTERPRETATIONES... donum illas interpretandi. Vide dicta v. 10.

VERS. 29, 50. — *Nunquid omnes apostoli*... Non tam est interrogatio quam negatio: interrogando enim negat. Mens itaque Apostoli est affirmare de mystico Christi corpore, quod de naturali corpore dicit, necessariam esse membrorum et donorum diversitatem: *Si totum corpus oculis, ubi auditus? v. 17.* Si omnes essent apostoli, ubi eorum discipuli? Si omnes doctores, ubi audientes? Sed nihilominus omnes æqualiter sunt Christi membra, de Christi cor-

ut oculos; *tertio doctores*, ut linguam; *deinde virtutes*, Græcè, *potestates*; hoc est, miraculorum operatores: hi sunt quasi manus Ecclesie. *Virtutes* hic ad personas referri, perspicuum est ex eo quod postea repetens dicit: *Nunquid omnes virtutes?* Observa gratiam miraculorum ab Apostolo postpositi prophetie et doctrine.

Exinde gratias curationum, curatores scilicet morborum.

Opitulationes, qui aliis opitulantur, exercentque circa ægros, pauperes, miseros, peregrinos et hospites opera misericordie.

Gubernationes, qui presunt gubernationi rerum temporalium, que sunt fideles offerantur Ecclesie, hi enim ultimi sunt quasi pedes in corpore Christi, scilicet Ecclesie. Tales fuerunt diaconi electi ab apostolis, ut videtur et mensis præsentem, Act. 6.

Genera linguarum, id est, donum loquendi diverso genere lingue.

Interpretationes sermonum; sensum autem repete ex superiore, v. 10.

VERS. 29. — *Nunquid omnes apostoli?* quasi dicat: Minime. *Nunquid omnes prophete?* Eadem responsio negativa. *Nunquid omnes doctores?*

Cærollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

In hoc capite aliqua sunt speciatim ad Ecclesie ministros atinentia; alia ad quoslibet christianos; aliqua inferioribus convenientia; alia superioribus: itaque: 1<sup>o</sup> Omnis Ecclesie minister notet agritudines, que circa ministerium contingere possunt; hæc sunt

pore, Christi corpus. Omnes sunt commembres, membra connexa, et à se invicem dependentia; quorum unumquodque mutuo aliorum auxilio opus habet. Hæc autem dicuntur, ut unusquisque suo loco et officio contentus, pro suo dono commune bonum Ecclesie promovere studeat.

VERS. 51. — *Emulami autem charismata*... Syr., *quod si zelo tenemini donorum ampliorum, ego adhuc ostendam vobis viam præstantiorem*. Sensus est: quoniam emulamini charismata, studeat meliora, id est, Ecclesie utiliora consequi. Hunc sensum conditionatum præfert Estius. Alii simpliciter: Zelate, id est, desiderate, à Deo expetite, non majora, sed meliora, id est, utiliora vobis et Ecclesie; ad hæc nitamini.

ET ADHUC EXCELLENTIORA... sed et omnibus his à me emantatis charismatibus excellentiorem viam jamjam vobis demonstrabo, claritatem scilicet, que via est ad Deum, ad sanctitatem, ad gloriam æternam. Hæc cæteris donis non modo præcellit: sed et ita illa omnia perficit, ut sine illa nihil prosint ad salutem. Charitas via dicitur, quia per illam necessariò incedendum ad patriam, vel à scopo aberrandum: at via regia, communis, omnibus aperta, omnibus proposita. Charismata aliquibus dantur, multis non dantur; charitas omnibus offertur, nobis perpetuò potest adesse. Charismata propter alios dantur; non semper nos Deo gratos reddunt; charitas nobis propriè datur, nos sanctificat, nosque Deo semper gratos efficit. Hinc via est, ut ait Apostolus, *via regia, supra modum*, et per excessum, aliis excellentior. Hic versus transitus est à charismatibus ad charitatem: hinc aliqui hic incipiunt caput decimum terminum.

VERS. 50. — *Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Gratiam*, Græcè *dona*, ut legitur in Commentario Ambros.

*Nunquid omnes linguis loquuntur?* Hæc interrogatio post alias posita, Corinthiorum increpatio est: qui volebant omnes loqui linguis.

*Nunquid omnes interpretantur?* subaudi linguis. Sentit enim Apostolus, nec omnes quidem eos qui loquuntur linguis, posse interpretari quod loquuntur.

VERS. 51. — *Emulamini autem charismata meliora*, Græcè *præstantiora*, id est, ad Ecclesiam juvantia utiliora: cum aliqui in spiritualibus ea majora dilaminant charismata, quod non prohibeo, studeat consequi meliora, id est, Ecclesie Dei utiliora. Si emulamini meliora, ecce ostendo vobis viam excellentiorem. Ita Chrysost., Theophrastus, etc.

Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, viam scilicet charitatis, que via est ad Deum, ad vitam et gloriam æternam. In hoc ergo distinguit Apostolus charitatem à charismatibus; quod hæc gratis dantur ad utilitatem Ecclesie, non ad sanctificationem ejus cui datur: charitas vero datur ad hoc, ut is qui illam habet, sanctus et gratus Deo fiat.

superbia, invidia, dissidium, inertia, easque vitet, v. 4. Notet et eorum agritudinem medelam, v. 10. Notet denique praxim apostolicam, quâ suo ministerio fungi debet, nimirum ut omnipotentis Dei instrumentum; ut Redemptoris hominum minister; ut



Spiritus sanctificantis organum, et quasi canalus, v. 7.  
 2° Omnes baptizati ex pulchra similitudine, de qua versu duodecimo usque ad finem capituli, discant, 1° se aequaliter omnes esse membra Christi, licet situ et officio diversa, v. 5; et ob hunc honorem unusquisque Deo gratias agat; 2° discant quòd nec locus, nec munus faciant Christi membrum; sed unio cum Christo: studeant ergo Christo uniri frequenter et intimè, non tantum per habitum fidei, sed et per actus continuos fidei, spei, et charitatis, v. 16; 3° sciat unusquisque quòd per Dei voluntatem suum locum et officium habet; hincque Dei, Creatoris omnium, voluntati subditus, suo statim sit contentus, et in eo Deum glorificet, v. 18.

5° Sciant inferiores, quòd eis proderit inferiores

## CAPUT XXIII.

1. Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tintinnans.

2. Et si habero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habero, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habero, nihil mihi prodest.

4. Charitas patiens est, benigna est; charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur.

5. Non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum.

6. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati;

7. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8. Charitas nunquam excidit: sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.

10. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli.

12. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.

13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec: major autem horum est charitas.

Charitatis, super omnia charismata, praecellentiam demonstrat ob tria; 1° quia maxime necessaria: sine charitate caetera non prosunt; 2° quia maxime utilis: caetera speculeni aliquam utilitatem habent, charitas omnimoda; 3° quia maxime durabilis: caetera in hac vita durant, charitas in aeternitate permanet. Tribus primis versibus maximam charitatis necessitatem probat: sine

fuisse; aliis itaque non invident, nec de suo statu obmurmurent: sed Dei voluntatem adorantes, et facientes, pro suo modulo serviant supremo rerum omnium Domino, v. 18, 19.

4° Superiores ex v. 21, 22, 25, discant quòd nullum debeant spernere, nec adversus inferiores intumescere, 1° quia à Deo sunt quod sunt; 2° quia ad altiorum utilitatem sunt quod sunt; 3° quia aliorum operi sic indigent, ut sine illis sua non possent officia peragere; 4° qui asepè illi, quos viles reputant, Deo sunt gratissimi, et Ecclesiae utilissimi, v. 15. Omnes itaque simus per charitatem uniti, alter alterius curam gerat, omnia arbitremur inter nos communia, tanquam ejusdem corporis membra.

## CHAPITRE XIII.

1. Quand je parlerais toutes les langues des hommes et des anges mêmes, si je n'avais point la charité, je ne serais que comme un airain sonnant et une cymbale retentissante.

2. Et quand j'aurais le don de prophétie, que je pénétrerais tous les mystères, et que j'aurais une parfaite science de toutes choses; et quand j'aurais toute la foi possible et capable de transporter les montagnes, si je n'avais point la charité, je ne serais rien.

3. Et quand j'aurais distribué tout mon bien pour nourrir les pauvres, et que j'aurais livré mon corps pour être brûlé, si je n'avais point la charité, tout cela ne me servirait de rien.

4. La charité est patiente; elle est douce et bienfaisante; la charité n'est point envieuse; elle n'est point téméraire et précipitée; elle ne s'enfle point d'orgueil.

5. Elle n'est point ambitieuse; elle ne cherche point ses propres intérêts; elle ne se pique point, et ne s'agrite point; elle n'a point de mauvais soupçons.

6. Elle ne se réjouit point de l'injustice, mais elle se réjouit de la vérité;

7. Elle supporte tout, elle croit tout, elle espère tout, elle souffre tout.

8. La charité ne finira jamais, au lieu que les prophéties s'annuleront, que les langues cesseront et que la science sera abolie.

9. Car ce que nous avons maintenant de science et de prophétie est très-impairfait.

10. Mais lorsque nous serons dans l'état parfait, tout ce qui est imparfait sera aboli.

11. Quand j'étais enfant, je parlais en enfant, je jugeais en enfant, je raisonnais en enfant; mais lorsque je suis devenu homme, je me suis défait de tout ce qui tenait de l'enfant.

12. Nous ne voyons maintenant que comme en un miroir et en des énigmes; mais alors nous verrons face à face; je ne connais maintenant qu'imparfaitement; mais alors je connaîtrai comme je suis moi-même connu.

13. Ces trois vertus, la foi, l'espérance et la charité demeurent à présent, mais la charité est la plus excellente des trois.

## ANALYSIS.

Ipsa nec donum linguarum, etiam universalissimum; nec prophetiae perfectissimum; nec scientiae evidentissimum; nec fidei, montes etiam transferentis; nec opulationis beneficentissimum prosunt: tanta est charitatis necessitas.

§ 4, 5, 6 et 7, omnimodam probat charitatis utilitatem; omnia vitia removet, omnia bona operatur: sic

autem charitatem per effectus et officia depingit, ut et Corinthiis remedium probaret suis infirmitatibus sanandis aptissimum. In reliquo capite perpetuam charitatis

## PARAPHRASIS.

1. Etsi linguis omnibus loquar, non solum hominum, sed et angelorum, id est, omnibus linguis quae sunt, aut esse possunt, seu in terris, seu in caelis; charitatem autem non habeam, factus sum sicut aes resonans, aut cymbalum inaniter tintinnans: hoc mihi inutile.

2. Supponamus aliquid dono linguarum praecelsum: licet habeam donum prophetandi perfectissimum; licet et simul habeam sapientiae donum, per quod omnia fidei mysteria, etiam altissima noverim; licet et habeam praetera scientiae donum, per quod haec mysteria, caeteris quasi palpanda, proponam; licet denique tantam fidem habeam, ut montes per illam transferre possim, resque stupendas efficere: si tamen charitas mihi desit, nullus sum apud Deum meriti.

3. Omnibus supradictis addo: Etsi tanta mihi sit opulationis dos, ut omnes meas facultates pauperibus nutriendis distribum; imò si corpus meum, pro sublevandis miseris, flammis exposuero, ita ut vivus comburam: si haec sine charitate faciam, aut potiar, nihil mihi proderunt ad salutem: charitas ergo est omnium maxime necessaria. Est praeterea omnium virtutum utilissima, quia omnia mala removet, omnia bona peragit.

4, 5. Patiens est, benigna, nemini invidet, non est petulans et jactabunda, non arrogans et fastuosa; sed modesta et verecunda; non suis studet commodis, non irritatur injurià; imò nec malum cogitat, nec vindictam:

6. Non gaudet iis quibus malefit: congaudet autem de justitiâ et probitate proximi, quasi de sua.

7. Nihil non suffert, nihil non credit; de nemine

## COMMENTARIA.

Vers. 1. — Si LINGUIS HOMINUM... Viam aperit omnibus aliis excellentiorem, quam in fine precedentis capituli promisit. Haec via charitas est, quam super omnia charismata praecellere probat: et quia donum linguarum Corinthiis pluris faciebant; hinc Apostolus, qui in praecedenti capite, quasi Corinthiorum iudicium damnans, hoc linguarum donum in ultimo loco semper collocauit, in hoc capite, Corinthios pariter perstringens, à dono linguarum charitatis praecellentiam incipit ostendere.

Si LINGUIS OMNIUM HOMINUM, seu nationum ubique terrarum degentium, loquar; imò si LINGUIS ANGELO- RUM, id est, lingua omnibus humanis praestantior loquar. Hyperbole est, significans per exaggerationem

Vers. 1. — Si Linguis hominum loquar et angelorum. Quoniam Corinthiis donum linguarum praeceteris admirabatur, sive quia primum hoc apostoli acciperant, descendente super ipsos Spiritu sancto, Act. 2. Idcirco Paulus ab eo caput exordium. Si, inquit, dono linguarum ita polleam, ut omnium gentium linguis loquar: imò et angelorum. Angelorum ergo hic linguae non sunt sensibiles, ut vult Cajetan., sed in-

durationem assertit: caeterorum autem destructionem et ratione, et similitudinibus probat

unquam desperat; omnia, quantumcumque molesta, sustinet.

8. Denique charitas perpetua est, nunquam cessabit, etiam in patriâ permanebit. Tunc prophetia abolabitur; quia nullius usus, ubi omnia clarè videntur; linguarum donum cessabit, ubi nullus erudiendus; scientia, fide innixa, destruetur, adveniente claro lumine gloriae.

9. Imperfecta est nunc omnis nostra cognitio, tum theologica, tum prophetica, quia parva et obscura:

10. Cum autem advenerit perfecta et clara divina essentia: visio, evanescent imperfecta theologie et prophetiae cognitio.

11. Vitae praesentis status, est quasi infantia; vita futura est status virilis. Sicut ergo cum essem infans, loquebar seu balbutiebam ut infans, sentiebam imprudenter ut infans; pueritia cogitabam ut infans: cum autem factus sum vir, abieci pueriliâ, animumque virilem indui. Ita nunc quasi infans de Deo, et de rebus divinis pueriliter cogitamus, sentimus et loquimur: tunc autem in statu perfecto perfectè et clarè cogitabimus et loquemur.

12. Nunc per fidei speculum Deum et divina obscure, indistinctè videmus: tunc autem clarè, perfectè, in sua essentiâ videbimus; nunc paucè, et imperfectè cognosco: tunc Deum intuebor in seipso, sicut Deus intueatur meam essentiam, cognitione scilicet simili, non aequali.

13. Nunc in praesenti vitâ manent fides, spes, charitas, utpote ad perfectam justitiam necessariae: inter has autem maxima est charitas, et omnium donorum Dei praestantissima.

linguae, seu idioma quae sunt, aut esse possunt, sive in terrâ, sive in coelo.

CHARITATEM AUTEM NON HABEAM; FACTUS SUM VELUT AES RESONANS, AUT CYMBALUM TINTINNANS, *ἀλλοῦ ἀέρος*; vox ficta ex similitudine soni reciproci, et undantis vocis concavi, sicut *tara tantara* ex sono tubae, ait Fromondus. Sicut haec strepitum quidem edunt, forsân et audientem delectant, sed inutiliter sibi laborant; nisi quòd seipsa, dum crepant, deterunt; ita et ego sine charitate omnibus loquens linguis, factus sum homo inanis et vanus, mihi infructuosus, licet aliis forsitan non ingratus et inutilis. Sola cordis lingua, charitas, auditur à Deo, ipsi grata est, et nobis utilis.

telligibiles, scilicet haec linguae sunt ipsi conceptus angelici, perfectissimi et pulcherrimi.

Angelorum lingua, id est, elegantissimâ lingua. Sic vilgò dicitur: Divine loquitur. Ut hoc schemate sermone, aliquid humanis linguis excellentius significaret.

Charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tintinnans, inconditum et confusum sonum edens. Q. d.: Sonans alala, alala. Sic Appian